Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 213
Quelle:
Copyright:

bris hebraicarum queſtionum ante ipſum inauditis tam grecis quam latinis. Qui in principijs librorum debeam (debebam) *ſecuturi operis* &c. Initium Operis: *Incipiunt hebraice queſtiones libri geneſis. In principio fecit deus celum et terram. Plerique eſtimant ſicut in altercatione quoque iaſonis et papiſti* &c. Leguntur hae *Quaeſtiones* T. III. edit. *Vallarſ.* p. 301. paſſimque cum *Cod.* noſtro conſonant, qui tamen collatione dignus fuiſſet; ita ad C. I. v. 2. pro *Vallarſii Merefeth*, מרחפת, rectius legit *Marahaefeth*, et, quod prorſus ſingulare eſt, ad C. II. v. 8. pro מקדם *ab oriente* ait in hebraeo haberi *Mimizra* ממזרח. Pro *Aquilae* 'απο 'αρχης, ut eſt in *Hexapl. Orig.* ponit 'αρχηον, et Graeca paſſim corrumpit.

IX. *fol.* 235. p. 2. rubro: *Incipit explanacio decem temptacionum.* Initium: *Hec ſunt verba que locutus eſt moyſes* &c. Finis ſuccinctae Commemorationis harum tentationum: *Decima de exploratoribus.* Sunt vero Tentationes, quibus Populus hebraeus Dominum in deſerto tentavit.

X. *fol.* 236. *Incipit explanacio cantici debbore et barach de libro iudicum.* Initium: *Cecineruntque debbora et barach filius abinoem* &c. Finis: *ſicut habes in ieremia propheta.*

XI. *fol.* 238. *Incipiunt hebraice queſtiones de libris malachim id eſt regum, Primumque de libris ſamuelis.* Initium: *Fuit uir unus de ramathaim ſophim* &c. Finis: *ſed declinaſſe poſt Adoniam;* perturbatior enim in *Cod.* noſtro ordo eſt, quam apud *Vallarſium*, utrinque tamen Opuſculum in L. III. *Reg.* c. 7. v. 14. definit.

XII. *fol.* 253. *Incipiunt hebraice queſtiones prioris partis libri dabreiamin. In quibus ſi uis tenere ordinem hyſtorie. alfabeto a regione affixo naturaliter innitere. Nomen dabreiamin dicitur palippomenon.* Initium: *Heber nati ſunt duo filij* &c. Finis poſt Quaeſtiones ſecundae Partis: *cyrus ut ruinas templi reſtauraret.* Habuit *Vallarſius* Codicem, in quo IV. haec Opuſcula falſo *Hieronymo* alibi adſcripta, nobis vero 'αδεσποτα, eodem ſe ordine conſequuntur. Rejecit ea in *Append.* T. III. ad p. 741. *Martianaeum* in eo ſecutus, quod Autorem *Hebraeum* quendam eruditum, non ex recentioribus, poſt Maſorethas tamen ſcribentem ſtatuant. Vide, ſi lubet, *Admonitiones T. cit.* his Opuſculis praefixas.

XIII. *fol.* 266. *Incipiunt Queſtiones in Abacuc prophetam.* Initium: *Ubicunque onus uerbi domini ponitur* &c. Finis: *ſileat a facie eius omnis terra cum uenerit ad iudicandum.* Has quoque Quaeſtiones *Hieronymo* ſuppoſitas in *Cod.* ſuo legi teſtatur *Vallarſius* T. *cit.* p. 822.

XIV. *fol.* 267. *In Zacharia propheta de quatuor ieiunijs diſputacio ſecundum hebreorum tradicionem.* Incipit: *Hec dicit dominus exercituum. ieiunium quarti* &c. Definit in *tertio* Jejunio i. e. *ſeptimi*